

454

452

458

qinquaginta quinque annis et sex mensibus desudavit. In
hoc loco adoravimus, et indulgentias plenariae remissionis
accepimus cum gratiarum actione (††).

448

463

Sepulchrum S. Jeronymi jam vacuum.

443

Huic capellae adhaeret alia capella haud longe a praesepio Domini, ubi sibi elegerat sepulturam, ut dicitur in epistola Eusebii, in qua S. Jeronymus jussit sibi fieri sepulchrum, ad hoc vivens, in quo post obitum gloriosi patris fuit locatum corpusculum maximis miraculis coruscum, ut dicit Eusebius. Hoc sepulchrum est adhuc hodie integrum, sed vacuum, marmoreis tabulis ornatum. Corpus enim ejus fuit de Bethlehem Constantinopolin translatum, et inde Romam, ubi hodie ad S. Mariam majorem in pretiosa reconditum habetur tumba. In hoc ergo loco dictis orationibus indulgentias acceperimus (†). Pro devotione ad S. Jeronymum legitur, S. Augustinum mare transisse ad visendum hunc locum, in epistola ad Cyrilum episcopum Hierosolimitanum. Nec potuit de fovea corpus transferri, eo enim translato in crastinum fuit iterum in fovea repertum, donec Jerusalem possessa fuit a gentilibus; tunc permisit se transferri Romam, ut habetur in ultima epistola Cyrilli.

403

353

Sepulchrum S. Eusebii, discipuli S. Jeronymi.

Ende

Alia crypta huic est annexa, in qua S. Eusebius, discipulus divi Jeronymi, est sepultus. Hic Eusebius, Cremonensis, Jeronymi discipulus dictus, vir eloquentissimus, inter alia vitam, miracula, obitum, sui praceptoris luculento sermone conscripsit ad Damasum Portuensem episcopum, et ad Theotonem Romanorum christianissimum senatorem. Et quantae humilitatis fuerit vir ille, notatur in epistola, quam scripsit praefato episcopo. Ante hujus ergo Sancti tumbam procubuimus, patrocinia ejus postulantes, et indulgentias suscepimus (†). Obitum suum revelatione beati Jeronymi praescivit et prope tumbam S. Jeronymi sepeliri constituit, et eadem hora, qua ipse obiit, mortui sunt tres antea per beatum Jeronymum

Anfang

